ALOYSII COLLA ILLUSTRATIONES ET ICONES RARIORUM STIRPIUM QUÆ IN EJUS HORTO...

Luigi Colla

ALOYSII COLLA

ILLUSTRATIONES ET ICONES RARIORUM STIRPIUM QUÆ IN EJUS HORTO RIPULIS FLOREBANT, ANNO 1826, ADDITA AD *HORTUM RIPULENSEM* APPENDICE III.

Lectae die decima decembris 1826.

CLARISSIMI VIRI

Quae vobis sistunt hoc anno stirpium mearum illustrationes, ad eliminanda dubia in prioribus *Horto Ripulensi* appendicibus relicta praesertim contendunt. Huc pertinent numeri I. II. III. IV. VI. et X. primae sectionis.

Nonnullas tamen species vel prorsus novas, vel nondum aut male descriptas nec modo pictas vobis offerunt numeri V. VII. VIII. IX. XI. et XII. ejusdem sectionis.

Demum observationes permultas ad plantas prima vice a me cultas habetis in sectione altera, ubi illae praestituto ordine enumerantur.

Ingenii mei tenuitati in hisce elaborationibus perspicentia vestra ut suppleat obtestor.

SECTIO I.a

Commentarium

Comprehendens illustrationes et icones plantarum rariorum, quae floruerunt in Horto Ripulense *anno* 1826.

I.

Ribes flavum.

In *append. II. ad H. Ripulensem* (p. 355.) enumeravi hanc stirpem nomine *R. palmati*, sub quo illam acceperam pro specie a *Fontainesio* relata in *H. paris:* Sed quum florentem haud vidissem, ac cum *R. aureo* confusam a Cl. *Sprengelio* repererim (syst. I. 811.), nil certi asserere ausus sum. Culta sub dio abunde floruit aprili proxime elapso, fructusque gessit maturos. Hinc mihi datum fuit illam attento examini subjicere, ac cum affinibus comparare, ex quo certum habui accedere ad *R. floridum Herit.* (*R. pensylvanicum Lam.*), differre tamen foliis margine ciliatis, lobisque grosse-dentatis: sane proxima *R. aureo* (*Pursh. Fl. amer.* II. 163), unde error memorati *Sprengelii*, nec non *Sydenhamii*, qui nostram stirpem nomine *R. aurei* depinxit in *Bot. reg. t.* 125. Sed in hoc *bracteae lineares longitudine pedicellorum*, in nostro autem *ellipticae* pedicellis 1-2-longiores: insuper in *aureo* foliorum lobi *inciso-pauci*-dentati, petiolique foliis *longiores;* in *palmato* lobi *grosse-multo*-dentati, petioli folium *subaequantes:* demum in hoc flores duplo majores. Recte igitur a laudato *Fontainesio* stirpes hae distinctae fuerunt, de quo etiam humaniter ipse monuit in litteris: ast nomen ab eo impositum parum consonum mihi visum fuit, folia enim male diceres *palmata*; hinc melius *R. Fontainesii* appellandum duxeram in honorem summi viri, qui allatas

differentias primus observavit, dum vero opusculum meum sub praelo erat, novi a Berlandiero (in *Mem. Soc. de Gen. Vol. III. part.* 2. *p.* 60.) enumeratum fuisse sub nomine *R. flavi*, quod retineo, dum ad tollendam confusionem novam speciem describo, atque utrinsque stirpis exactas icones praebeo.

Descriptio.

Caulis fruticosus, caespitosus, erectiusculus, teres, ramosissimus, cortice fusco rimoso. *Rami* alterni, divaricati, ramulosi. *Folia* alterna, petiolata, juniora 3-loba adultiora saepe 5-loba, utrinque glabra, superne minutissime resinoso-punctata subtus pallidiora, nervoso-venósa, lobis grosse-multidentatis margine ciliatis. *Petioli* teretiusculi, pubescentes, basi dilatati, lateribus ciliis raris longis simplicibus instructi, folium subaequantes. *Flores* racemosi, flavi. *Racemi* in axillis ramulorum abbreviati, 4-6-flori, simplices, basi erectiusculi dein penduli. *Bracteae* ellipticae, pedicellis 1-2-longiores, integrae, 3-nerviae nervis lateralibus vix conspicuis, basi concavae. *Pedicelli* 1-flori, teretes, glabri, viridiusculi, 1-lin. longi. *Calyx* tubulosus, pedicello quadruplo longior, basi virescens hinc flavus, glaber, persistens: limbus 5-fidus (Tab. I. B. fig. 1.); laciniae oblongae, subspatulatae, obtusae, reflexae, tubo dimidio breviores (fig. 2. 4.). *Petala* 5 ovata, fauce tubi calycini inserta, ejus lacinias alternantia ipsisque duplo breviora, approximata, tubulum efformantia, basi flavescentia, apice saepius sanguinea, fimbriato-lacera (fig. 3. 4. 5.) *Stamina* 5, petalis alterna, eorundem longitudine; *filamenta* tubo calycino faucem versus inserta, basi dilatata, glabra; *antherae* oblongae, carneae, erectae, post anthesim recurvae, 2-loculares, loculis intus dehiscentibus (fig. 6.). *Germen* inferum, oblongum, polyspermum (in inferioribus plerumque abortivum) (fig. 7 *a*). *Stylus* vix exsertus, teres, glaber, flavescens (fig. 7. *b*); *stigma* capitato-didymum, nitidum, viridiusculum (fig. 7. *c*). *Bacca* calyce persistente coronata, oblonga,

3-lin. longa 1-lata, glaberrima, sub-diaphana, maturitate nigrà (fig. 8.), unicolocularis, receptaculis 2 lateralibus ex parietibus baccae incrassatis efformata, (fig. 9. 10.), funiculis umbilicalibus longitudine seminum et eorundem extremitati insertis (fig. 9.). *Semina* numerosa, ovato-oblonga, gelatina pellucida tecta (fig. 9. 11. 12.); *albumen* carnosum (fig. 13. 14) *corculus* minutissimus; *radicula* subglobosa centrifuga (fig. 14. 15.) (Fructus edules, dulces.)

Definitio.

« *R. flavum;* inerme glaberrimum, foliis junioribus 3-lobis, » adultioribus sub 5-lobis grosse-multi-dentatis petiolum ciliatum » subaequantibus, racemis abbreviatis 4-5 floris, calycibus tubu- » losis pedicello multoties longioribus, tubo gracili, laciniis sub- » spatulatis reflexis, petalis laciniis calycinis duplo brevioribus, » bracteis ellipticis pedicello 1-2-longioribus, baccis oblongis gla- » bris. » *Nob.* (*Tab. I. fig. B.*)

R. aureum *Bot. reg.* 125, et *Spr.* syst. I. 811 non *Pursh.* R. palmatum *Desf.* H. paris.

» *R. aureum:* inerme glaberrimum, foliis trilobis inciso-pauci- » dentatis petiolo basi ciliato brevioribus, racemis laxis dense mul- » tifloris, calycibus tubulosis pedicello duplo longioribus, tubo gra- » cili, laciniis oblongis obtusis, petalis linearibus laciniis calycinis » duplo brevioribus, bracteis linearibus longitudine pedicellorum, » baccis glabris. *Pursh* Fl. amer. I. 164. *R.* et *S.* syst. V. 49. » *Desf.* H. *paris;* non *Bot. reg.* nec *Spr.* (*Tab. I. fig. A.*) »

Variat baccis rubris vel nigris, majoribus minoribusve, sapore dulci vel acidulo; planta nana relate ad priorem.

II.

Pelargonium murrayanum.

Stirps pariter enumerata in *append. II.* ad *H. Ripulensem* (p. 354.) cum dubitationis signo, quum tunc sub allato nomine accepissem a D. *Burdinio* cum sequenti, nullibique descriptam invenissem, neque florentem vidissem. Luxuriose floruit elapsa aestate, ac speciem vel hibridem saltem distinctam a congeneribus efformare modo non hereor, uti facile quisque dignoscere potest ex sequenti descriptione ac icone.

Descriptio.

Radix perennis, lignosa, ramosa. *Caulis* fruticosus, 2-3-pedalis, erectiusculus, teres, basi nudus sub-rimosus, hinc levis pilosus, ad foliorum insertionem sub-geniculatus, 2-3-chotomus, cortice fusco. *Rami* divergentes, ramulosi, ramulis alternis dichotomisve viridibus pilosis. *Folia* sparsa, approximata, in ramulis junioribus fere conferta, longitudine subpalmari, latitudine 2-pollicari, horizontalia, petiolata, basi cordata, 3-lobata, lobis 3-sinuatis, sinubus rotundatis subundulatis dentatis inaequalibus seu medius lobi superioris latior productiorque laterales minores aequales superior loborum lateralium majus inferiores gradatim minores : insuper folia punctata punctis vesiculosis lente tantum conspicuis, viscidula, graveolentia fere ut in *P. quercifolio*, margine crebris superficie rarissimis longioribusque ciliis adspersa, nervosa seu lobis 3-nerviis nervis patentissimis subtus valde prominulis, reticulato-venosa. *Petioli* foliis longiores, lineares, teretes, superne canaliculati, villosissimi. *Stipulae* geminae, extrafoliaceae, caducae, sagittatae angulis posticis indivisis adnatis, juniores erectae virides, adultiores patentes et rufescentes, integerrimae, ciliatae. *Flores* umbellati. *Pe-*

dunculus communis petiolo paullo longior, filiformis, villosissimus. *Involucrum* 2-6 phyllum, foliolis saepius adnatis, lanceolatis, acuminatis, margine villosissimis, pedicello paullo longioribus, primo viridibus, anthesis tempore rubescentibus, inde marcescentibus et caducis. *Umbella* multi-seu-6-10-flora. *Pedicelli* 2-lin. longi, teretes, apice incrassati, villosi. *Calyx* 5-partitus: *laciniae* pedicellis fere duplo longiores, lanceolatae, acutae, ciliatae, suprema erecta paullo majore, caeteris aequalibus recurvatis: *tubus nectariferus* laciniis calycinis dimidio fere brevior. *Petala* 5 subaequalia, calyce duplo longiora, unguiculata, lamina patente late-ovata integerrima pallide-rosea: 2. superiora paullulo majora, vix approximata, lineis ramosis atro-sanguineis utrinque conspicuis picta. *Stamina* 10 subaequalia, glabra, 5-7 antherifera, caetera sterilia subulata. *Filamenta* glabra rubra: antherae, et styli atro-sanguinei. Rostra nec semina apparuerunt; an igitur hibris tantum?

Definitio.

« P. caule fruticoso erectiusculo 2-3-chotomo; foliis basi cor-
» datis 3-lobis lobis 3-sinuatis inaequalibus; stipulis sagittatis; um-
» bellis 6-10-floris; tubo nectarifero laciniis calycinis dimidio bre-
» viore (petala pallide-rosea, 2. super. vix approximata paullo ma-
» jora lineis ramosis atro-sanguineis utrinque conspicuis picta.) »
Nob. (Tab. II.)

III.

Pelargonium Burdini.

Acceptum cum priore nomine *P. elegantissimi* et in citata appendice nostra jam memoratum abunde floruit ab aprili ad octobrem, ac revera elegantissimum efformavit fruticem *P. cucullato* habitu proximum exceptis floribus, et *P. macrantho* floribus similli-

mum, etsi paullo majores sint. Accedit etiam ad *P. speciosum* (W. en. 706 *DC.* Prodr. I. 672), cujus forte varietas potius quam hibris, semina namque tulit matura. Ex sequenti descriptione et icone judicent Botanici quid de illo sentiendum: quod si nova stirps admittenda censetur, mutato improprio hortulanorum nomine, humanissimo donatori *Burdinio* illam dico.

Descriptio.

Radix perennis, lignosa, ramosissima. *Caulis* fruticosus, 4-5-pedalis et ultra, erectus, teres, pollicis crassitie, basi lignosus villosus, cortice fusco, subnudus, hinc crassiusculus rubescens ramosissimus. *Rami* virgati, villosissimi rubescentes ramulosi, ramulis dichotomis quaternisve. *Folia* caulina alterna, ramea sparsa, horizontalia, petiolata, fere palmaria, suborbiculata, adultiora subreniformia, media cordata, superiora basi indivisa, obsolete lobata, inaequaliter cartilagineo-dentata, subcucullata, vix pubescentia, rigidiuscula, multinervia, fere inodora. *Petioli* foliorum adultiorum hisce dimidio longiores, mediorum breviores, superiorum brevissimi, lineares, semiteretes, villosissimi. *Stipulae* cordatae, apice 3-4-dentatae dentibus acutis medio productiore acuminato, margine ciliatis. *Flores* umbellati. *Pedunculus communis* longissimus, filiformis, villosissimus. *Involucrum* polyphyllum, foliolis distinctis, lanceolatis, acutis, erectis, margine ciliatis, pedicello triplo brevioribus. *Umbellae* seu potius paniculae umbellulis 3-6-floris compositae. *Pedicelli* fere pollicares, teretes, villosiusculi. *Calyx* 5-partitus: *laciniae* pedicellis duplo breviores, lineari-lanceolatae, acutae, ciliatae, suprema erecta paullo majore, caeteris aequalibus recurvatis: *tubus nectariferus* lacinias calycinas subaequans. *Petala* 5. albo-rosea: 2. superiora laciniis calycinis duplo longiora, valde approximata, obovata, lineis sanguineis ramosis picta: inferiora patula, vix breviora, latitudine duplo minora inferne attenuata, apice rotundata. *Stamina* inaequalia, 5-7-antherifera erecta,

caetera sterilia subulata duplo breviora : *filamenta* glabra, albo-rosea : *antherae* et *styli* sanguinei. *Rostra* longissima.

Definitio.

« *P.* caule fruticoso erecto ; foliis suborbiculatis obsolete lobatis » cartilagineo-dentatis, adultioribus subreniformibus, mediis cordatis, superioribus basi indivisis ; stipulis cordatis ; umbellis compositis, umbellulis 3-6-floris ; tubo nectarifero lacinias calycinas » subaequante (petala albo-rosea, 2. super. valde approximata obovata lineis sanguineis ramosis picta.) » *Nob.* (Tab. III.)

IV.

PELARGONIUM BERTERIANUM.

Jam ab anno 1823 in aliquibus catalogis hortorum italicorum stirps haec inscripta fuit nomine *P. nissoniani* (Cat. H. Littae 1826 ms.) illi imposito ab illustri Comite *LECCHIO*, eo quod in loco *Nissonio* dicto primum culta fuerit : mutato inde improprio nomine a *SPINIO*, qui distinctam novissimamque speciem recte constituere censuit, illam *BERTERIO* nostro dicavit, eandemque sub eodem nomine jam ego in appendice loco supra citato enumeravi priusquam plantam florentem viderim. At comparata hoc anno dum laete florebat, cum phrasi *Spiniana* (supp. catal. S. Sebast. 1823, n. 8. p. 12.), hanc nimis brevem agnovi ad eruendas differentias specificas compendiosas propriissimasque, uti monet summus *LINNAEUS* : multa quoque in descriptione desiderantur ; quapropter icone nondum prodita, novaque descriptione, et phrasi pulchellam rarissimamque hanc stirpem illustrandam duxi.

Descriptio.

Radix perennis, lignosa, fibrosa. *Caulis* sublignosus, 1-2-pedalis, pennae anserinae crassitie, erectus, laxus, geniculatus, flexuosus, teres, levis, glaber, virgatus, cortice fusco. *Rami* alterni, erectiusculi, valde flexiles. *Folia* alterna, horizontalia, plana, petiolata, trilobata, rigida, subcarnosa, utrinque glaberrima, nitida, supra intense-viridia, subtus pallidiora; lobi divaricati, medius duplo longior latiorque saepius 3 interdum multi-dentatus, laterales obsolete denticulati, omnes zona inaequali atro-purpurea superne apicem versus picti. *Petioli* folio parum longiores, teretes, villosiusculi. *Stipulae* lato-ovatae, acuminatae, integerrimae, nitidae, margine rubescentes dein marcescentes. *Pedunculus communis* longitudine petiolorum filiformis, glaber, 1-3-florus. *Involucrum* 2-6-phyllum nempe foliola ad basim pedicellorum sessilia modo distincta, modo coalita, ovato-lanceolata, acuminata, concava, glabra, 1-2-lin. longa; quandoque inter illa 1. 2. folia petiolata, lanceolata, integerrima vel denticulata. *Pedicelli* sub-pollicares, glabri. *Calyx* 5-partitus; *laciniae* lanceolatae, acutae, extus glabrae, margine ciliatae, trinerviae, lucidae, suprema erecta vix majore rubescente, caeteris aequalibus: *tubus nectariferus* lacinias calycinas subaequans. *Petala* 5. violacea; duo superiora laciniis calycinis duplo longiora, approximata, unguiculata, ovata, subemarginata, lineis brevibus ramosis atro-purpureis notata; inferiora parum breviora, distantia, linearia, subspathulata. *Stamina* subaequalia; *filamenta* 7 antherifera, glabra, basi plana albida hinc filiformia rubra; *antherae* minutissimae flacidae; *styli* atro-sanguinei. *Rostra* abbreviata.

Pertinet in ordine naturali *Candolleano* ad seriem IV (*Anisopetala* DC. Pr. I. 666.), ac inter *P. saniculaefolium*, et *hepaticaefolium* videtur referendum: differt vero a priore foliis 3-*lobis* non 5-*lobis*, petalisque superioribus minoribus, inferioribus *vio-*

laceis, nec *pallide-roseis*; ab altero foliis *viridioribus rigidisque* utrinque *glabris*, nec subtus *asperis*, ac petalis superioribus *violaceis*, non *pallide-roseis* et vix *emarginatis* non 3-*lobis*, inferioribus *concoloribus*: habitu autem ad *hepaticaefolium* potius quam ad *saniculaefolium* accedit. Planta admodum gracilis, parum humectanda, moderato calori nec pluviis dudum exponenda, terram vegetabilem substantiali praeseferens.

Definitio.

« *P*. caule sublignoso erecto flexuoso; foliis 3-lobis planis utrin-
» que laevibus superne zonatis, lobis divaricatis obsolete inciso-den-
» tatis, medio 2-3-plo-majore; stipulis ovatis acuminatis; pedun-
» culis 1-3 floris; tubo nectarifero calycem externe margineque
» ciliatum subaequante. (Petala violacea, 2 superiora ovata sub-
» emarginata lineis brevibus atropurpureis notata, 3. inferiora li-
» neari-spathulata.) » *Nob.* Tab. IV.

P. pedunculis subtrifloris, foliis 3-lobis inciso-dentatis, lobis divaricatis zonatis. » *Spin.* l. c.

P. nissonianam *H. Lecchii.*

V.

Acacia Spini

Culta primum in R. H. Taurinensi ubi enata erat e seminibus lectis a *Bertero* in insula Guadalupae locis petrosis prope *La Basse-Terre*, missisque sine nomine specifico, optimam novam stirpem constituere agnovit *Balbisius* noster, ipsamque D. *Spinio* dicavit; hic autem compendioso modo eam tantum descripsit (Supp. catal. S. Sebast. 1823. p. 8.) Phrasim equidem e *Balbisio* habemus a *Candolleo* etiam relatam (Prodr. II. 460), sed nulla icone, nec minuta descriptione huc usque illustratam video singula-

rem hanc speciem: mirum quoque a praestantissimo *Sprengelio* nuperrime ommissam fuisse; hinc hisce defectibus supplere opportunum censui.

Descriptio

Radix perennis, lignosa, ramoso-fibrosa. *Caulis* in C. 2-3-pedalis et ultra, laxus, teretiusculus, cortice fusco rimis griseis hinc inde exarato, aculeis infra-axillaribus solitariis uncinatis validissimis basi dilatato-planis brunneis instructus. *Rami* sparsi, teretes, divergentes, flexuosi, subramulosi. *Folia* alterna, rarissime opposita vel terna, horizontalia, abrupte bipinnata. *Petiolus communis* 2-pollicaris, linearis, glaber, subtus aculeis parvis solitariis sparsis armatus, superne nudus, canaliculatus, 3-4-jugus. *Stipulae* binae ad petioli insertionem, subulatae, setaceae, persistentes. *Petioli partiales* uti communis; insuper superne basi aculeis binis rectis brevibus instructi; inferiores 3-jugi, medii 4-jugi, superiores 5-jugi. *Foliola* opposita, brevissime petiolata, oblique elliptica, superiora 2. lin. longa 1-lata, inferiora gradatim minora, superne glabra viridi-glaucescentia, inferne pallidiora subtomentosa tomento lente tantum conspicuo, nervis duobus quorum unus major ac prominulus praedita (Tab. V. fig. 9.). *Somnus* petioli communis subnullus, partialium dependens, foliolorum involvens. *Capitula* 30-40 in spicam disposita. *Spicae* axillares terminalesve, et tunc paniculatae, in axillis plerumque binae, rarius solitariae, cylindraceae, vix pollicares, saepius discolorae. *Pedunculus communis* seu rachis linearis, glaber, interdum subaculeatus aculeis minutissimis, basi bractea spinescente suffultus. *Calyx* albidus, minimus, tubulosus, 5-dentatus dentibus acutissimis (fig. 1. *a.*) *Petala* 5 hypogyna, calyce duplo longiora, oblonga, concava, albida, apice viridiuscula (fig. 1. *b*, 2. *b*, et 3. *a*). *Filamenta* 10 hypogyna, libera, filiformia, quandoque in floribus inferioribus omnia alba etiam anthesis tempore, in superioribus violacea, hinc post anthesim alba,

subaequalia, erecta, petalis 3-4 longiora, omnia autherifera (an ergo flores hermaphroditi? An ab *Acaciis* divellanda? Habitus tamen contrarium suadet) (fig. 1. *c*, 3. *b*, 4. 5.) *Antherae* oblongae, subversatiles, eglandulosae, flavae (fig. 4. 5.): *stylus* filiformis versus apicem subarcuatus. *Ovarium* ovato-oblongum, villosum villis distantibus, persistens, longitudine et colore staminum, (fig. 6.); *stigma* simplicissimum (fig. 6. 7. 8.). *Legumen* articulatum 1-3-spermum (fig. 7. 8.). *Semina* matura non obtinui.

Definitio

« *A.* aculeis infra-axillaribus solitariis uncinatis validissimis basi » dilatato-planis; foliis 2-pinnatis; petiolo communi subtus aculeis brevibus, solitariis, partialibus insuper superius basi aculeis binis instructis; foliolis oblique-ellipticis, inferioribus minoribus; stipulis subulato-setaceis; spicis axillaribus subbinis terminalibusve paniculatis cylindraceis; staminibus 10 antheriferis; leguminibus articulatis 1-3-spermis. (Flores leviter suaveolentes.) » *Nob.*

A. Spini aculeis stipularibus infra axillaribus solitariis uncinatis, pinnis foliisque 3-4-jugis, foliolis ellipticis, inferioribus minoribu, spinis cylindraceis paniculatis axillaribus. *DC. Prodr. II. p.* 460, *n.* 121.

VI.

Passiflora sanguinea.

Quam elapso anno tamquam *P. caeruleae* varietatem vobis indicavi dum florentem adhuc desiderabam, stirps est de qua hic sermo erit. Jam tunc nonnulli characteres ex sola herba deprompti distinctam speciem commendabant (Vid. *append. II. ad H. Ripul.* p. 353 not. 3.): omnem dubitationem sustulit fructificatio ad

modum diversa ac in laudata *P. caerulea*, unde novam stirpem a florum colore *sanguineam* a me dictam, atque descriptione et icone illustratam Botanicis offero.

Descriptio.

Radix lignosa, fibrosa. *Caulis* frutescens, cirrhis altissime scandens, teres, basi scabriusculus ac rufus superne glaberrimus viridis, valde ramosus. *Rami* sparsi. *Folia* alterna, patentia, petiolata, 2-pollicaria, saepius 3 rarius 5-loba, lobis lanceolatis undulatis medio productiore margineque basin versus glanduloso-denticulato, rigida, subscariosa, glaberrima, superne nitida inferne pallidiora, 3-5-nervia, reticulato-venosa, margine nervis venisque rubescentia. *Petioli* folio dimidio breviores, lineares, teretes, glaberrimi, rubescentes, glandulosi. *Glandulae* 2. rarius 4 cylindricae alternatim medietatem ac basin petioli occupantes. *Cirrhi* axillares, solitarii, filiformes, primum erecti virides, inde spirales rubescentes rigidi. *Stipulae* oppositae ad basin petiolorum, oblique-cordatae, undulatae, glaberrimae, 1-nerviae, venosae, mucronatae seu seta acerosa instructae (1), margine venis mucroneque rubrae. *Flores* axillares, solitarii, involucrati, pedunculati, magni, inodori. *Pedunculus* filiformis sesquipollicaris et ultra. *Involucrum* 3-phyllum; foliola ovata, concava, apice angustata, integerrima, subtus cuprea superne viridiuscula, semipollicaria. *Calyx* inferus, basi urceolatus, 5-partitus: *urceolus* 2-lin. longus, viridiusculus: laciniae involucro triplo longiores, 2. 3. lin. latae, cymbiformes, patentissimae, subtus cupreae ac ad apicem calcaratae, superius sanguineae. *Petala* 5. lacinias calycinas alternantia ipsis parum minora, obtuse-lanceolata, utrinque sanguinea. *Corona* quadruplici ordine: duo exteriores ex

(1) Nota, quae hanc stirpem distinguit etiam a *P. caeruleo-racemosa* descripta et picta a Sabine (trans. hortic. soc. vol. 4. tab. 9), et Loddig. (bot. cab. pl. 573.)

imo calycis enati constant filis radiantibus corolla dimidio brevioribus, atropurpureis, versus apicem albidis; tertius urceolo calycis insertus fila gerit erecta, atro-purpurea, exterioribus duplo-breviora: quartus staminum columnam ad medietatem usque stricte cingens fila sistit praecedentium parum longiora, basi alba, superius atropurpurea. *Stamina* monadelpha, pedicello germinis in columnam connata; *columna* semi-pollicaris, viridiuscula sub ovario in filamenta 5. libera patentia plana rubro-punctata divisa: *antherae* oblongae, incumbentes, versatiles, superius unicolores, 2. lin. longae, ½ latae. *Germen* superum, stipiti insidens, ovatum, glabrum: *styli* 3 clavati, filamentorum longitudine, glabri, patentes, brunnei: *stigmata* capitata. *Fructum* non vidi.

Obs. Ex his constat elegantissimam hanc stirpem. *P. caeruleae* affinem, sed differre praecipue sequentibus notis.

Quoad herbam: 1.° Foliis 3-*lobis* non *palmatis* 5-*partitis; undulatis subcariosis* nec *planis* ac *mollibus*.

2.° Lobo foliorum medio *glanduloso-denticulato*, non *integerrimo*.

3.° Margine, nervis, venis, petiolisque *rubescentibus*.

4.° Stipulis *oblique-cordatis mucronatis* nec *lunaribus*.

Quoad fructificationem 1.° Magnitudine floris qui *amplior* in nostra stirpe, ac *inodorus*.

2.° Colore involucri, calycis, et petalorum.

3.° Ordinibus coronae exterioribus, cujus fila in *P. caerulea* breviora, basi atropurpurea, medio alba, apice caerulea.

4.° Filis tertii ordinis, quae in *P. caerulea* subnulla.

5.° Filis quarti ordinis, quae in P. caerulea *depressa* et staminum columnam ad *basin* tantum cingentia.

6.° Filamentis *vix punctatis*.

7.° Antheris in *P. caerulea* duplo *latioribus* et superius *discoloribus*.

Definitio.

« *P.* foliis 3-5 lobis rigidis subscariosis lobo medio basi glandu-
» loso denticulato, petiolis 2-4-glandulosis, stipulis oblique-cordatis
» mucronatis, involucro 3-phyllo integerrimo, filis coronae exte-
» rioribus corolla dimidio brevioribus (Flores sanguinei magni in-
» odori.) » *Nob.* (Tab. VI.)

VII.

Cactus Lamarckii.

Rarissimam *Cacti* speciem pluribus ab hinc annis colo, quae dono data fuerat a D. *Freylinio*, quamque ipse habuerat jampridem ab H. parisiensi nomine *C. melocacti*: quum plantam meam florentem vidi, comparata cum descriptionibus auctorum qui *C. melocactum Lin.* illustrarunt, et praesertim cum optima icone, quam praebuit *Candolleus* (plant. succ. n. 112), propriissimas differentias inter utramque stirpem agnovi: aliquod tamen dubium reliquerunt *Lamarckii* descriptiones de *C. melocacto*, et *C. coronato*, quarum postrema exacte stirpi meae congruebat. (*Dict. I. p.* 531, *n.* 3 *et* 4): sed quid revera hic *C. coronatus*, de quo nulla mentio penes posteriores Botanicos? An *C. melocacti* varietas? An species reapse distincta? Quod nam circa illam Botanicorum judicium? Noda haec divellere haud potui donec verum *C. melocactum Lin.* viventem possidere contigit, ipsumque cum icone *Candolleana* comparare datum fuit. En igitur confusionis causa. *Lamarckii* tempore duae plantae distinctae nomine *C. melocacti* colebantur in R. H. parisiensi, quas celeberrimus auctor asserit examinasse florentes. Cl. *Candolleus* qui forsan *C. coronatum* non viderat, quum eximium plantarum succulentarum opus in lucem edidit (secus saltem tamquam distinctam varietatem eum lau-

dasset) dubitavit *Lamarckium* errore ductum fuisse: et revera in synonymia *C. melocacti* citat *Candolleus* binas *Lamarckii* descriptiones ad unam eamdemque plantam easdem referens, nulla adjecta observatione; nec in sua phrasi angulorum numerum memorat (14 juxta phrasim *Linnaei*), quos in descriptione ponit esse 12-18. *Willdenowius* (sp. pl. II. 938) Linnaeanam phrasim retinuit, additis varietatibus a *Millerio* descriptis; at nullam ex hisce ad plantam nostram referri posse existimo. *Persoonius* idem dubium reliquit ac *Candolleus*, cujus phrasim et synonymiam transcripsit. Demum clariorem lucem non praebuit *Sprengelius*, nam inter *Cactos* ad *Melocactorum* sectionem pertinentes *C. coronatum Lamarckii* frustra quaesieres (syst. II. 494 et seq.), densioremque obscuritatem reddit synonymiae parcitas, atque absolutum iconum silentium. Facti est laudatum *C. coronarium Lamarckii* in H. parisiensi, ubi illum nuperrime adhuc exquisivi, deperiisse, meumque individuum ex plantis ibi jam cultis provenisse.

Sublata ex hisce observationibus omni dubitationis caussa, restat ut formosa *Lamarckii* stirps tandem reviviscat; suppresso tamen hic nomine specifico, ne confundatur cum *C. coronato Willd.* ad divisionem *Echinocactorum* spectante (en. supp. 30 *Spr.* syst. II. 494.) qui omnium recentiorum botanicorum consensu receptus fuit; ut eadem primi descriptoris nomine laudetur; ut definitiones utriusque stirpis differentiis accomodentur; ut demum icone, nondum prodita, renata stirps illustretur.

Definitiones

» *C. melocactus*, hemisphaericus 14-angularis angulis rectis
» dorso acutis, spinis albidis rigidissimis rectis in fasciculis distan-
» tibus versus apicem angulorum vix lanuginosis, pileo cylindrico
» spinis tomentaceis fuscis brevissimis tecto. (flor. rubris) *Nob.*

C. molecactus, subrotundus, sulcis rectis spadice cylindrico tomentoso et spinuloso. *DC.* l. c. cum numerosa synonymia et optima descriptione.

« *C. Lamarckii* ovatus basi subplanus superne 14-20 angulatus » angulis subobliquis dorso obtusinsculis, spinis rubris rigidis sub- » incurvis in fasciculis approximatis versus apicem angulorum valde » lanuginosis, pileo subrotundo spinis setaceis rubris patentissimis » adsperso (flor. roseis). *Nob.*

C. coronatus, ovatus, pileo tomentoso coronatus, viginti angularis. *Lam.* dict. n. 4. An *Echinomelocactus* alter a Clus. (exot. p. 93) male descriptus? An *Melocarduus* Moris. (oxon. s. 7. p. 171. n. 4)?

Obs. Valde affinis *C. nobili* (W. sp. II. 93 *C. recurvus* Mill. dict. p. 490), de quo ico non extat, ut sciam; sed numero angulorum, et pileo distincto, de quo nulla mentio penes laudatos Auctores, differt. *Pileus* hic variis praeditus fluit nominibus: *caput* a *Pluk.* (alm. 148); *tomentum* a Clus. (exot. p. 93), et *Moris.* (oxon. s. 7. p. 171); *pileus* a *Lam.* (Dict. n. 4. gallice *toque*); *apex spinosus* a *Willd.* (en. supp. p. 31); *pedunculus floralis*, seu *spadix* a DC. (l. c.); *vertex floriferus* a Spreng. (l. c.) etc. appellatus. *Pilei* nomen praeferendum duxi, eo quod caulis apicem tegat. Singulare mehercle fructificationis receptaculum, quod jam meminerat, sed minus exacte Moris: (l. c.). Constat autem corpore cylindrico, brachio crassiore, cubitu paulo breviore (in *C. melocacto*), vel subrotundo (in *C. Lamarchii*), quatuor organis distinctis conflato, scilicet 1.° *axi centrali* pollice vix crassiore, carnoso unam eandemque substantiam cum caule efformante; 2.° *tomento* squalido densissimoque gossypii ad instar axi undique inhaerente, eumque strictissime cingente: 3.° *floribus* sessilibus axi seriatim insertis, ad apicem numerosioribus, ante florescentiam occultis, tomentum penetrantibus, hinc vix exertis ut petala superiora tantum ac genitalia ante anthesim appareant, demum in baccam corolla marcescente coronatam elliptico-turbinatam post anthesim mutatis; 4.° *spinis* axi undique insertis, creberrimis, apice confertioribus (tomentaceis fuscis brevissimis in *C. melocacto*, setaceis rubris patentissimis tomentum 2-3-lin. superantibus in *C. Lamarkii*).

VIII.

Eupatorium Berterianum

Provenit haec planta e seminibus *Mikaniae Berterianae* nomine acceptis, quod invenio apud Sprengelium (syst. III. 423); at exacte perpensis fructificationis partibus in plantis laete florentibus, pro certo habeo aut stirpem Sprengelii ad genus *Mikaniae* non esse referendam, aut meam plantam ad *Mikaniam Berterianam* laudati Auctoris haud pertinere; quod ut plena luce appareat ad confusionem tollendam, descriptionem et iconem Botanicorum judicio submittam.

Descriptio.

Radix annua valde fibrosa. *Caulis* herbaceus, erectus, teres, spithamaeus, basi vix pennae anserinae crassitie, ut tota planta glaberrimus, ramosissimus. *Rami* oppositi, erecti, sub-coarctati. *Folia* opposita, horizontalia, pollicaria, petiolata, rhombea seu angulis lateralibus obtusis superiore acuto posteriore in petiolum attenuato, basi integerrima inde serrata, superne nitida inferne pallidiora, 3-nervia nervis divergentibus divisis, reticulato-venosa. *Petioli* teretes, superne canaliculati, folium subaequantes. *Flores* paniculati. *Paniculae* axillares terminalesve, diffusae, interruptae, foliolosae. *Pedunculus communis* seu rachis pedicellique filiformes, hi autem floribus duplo longiores. *Flores* flosculosi. *Calyx* (Anthodium *Ehrart. Spreng.*) polyphyllus, subimbricatus, multiflorus. (Tab. VIII. fig. 1.) *Sepala* lanceolata, concava, viridia, apice mucrone paleaceo instructa, sex inferiora 1-lin. longa superiora gradatim longiora. (fig. 2. 3). *Flosculi* 20-30 omnes hermaphroditi fertilesque. (fig. 4.) *Tubus* filiformis, erectus, ½ lin. longus, viridiusculus. *Limbus* ventricosus, tubum subaequans, 5-fidus, laci-

niis erectis obtusis brevissimis albis. *Filamenta* inclusa. *Stylus* semifidus divisionibus corollulam superantibus divaricatis apice deorsum arcuatis. *Stigmata* simplicia. *Receptaculum* convexum nudum, faveolatum. *Semina* minutissima, basi acutissima, papposa, apice ad pappi insertionem subtruncata, tetragono-columnaria, puncticulato-scabra, nigra. (fig. 5. 7). *Embryo* teretiusculus, albus. *Pappus* setaceo-pilosus (non *plumosus*) (fig. 6) flosculorum longitudine.

Ex hisce patet 1.° plantam hanc ad *Eupatorii* non ad *Mikaniae* genus spectare; hoc enim distinguitur praesertim *calyce* 4 vel 6-phyllo, 4 vel 6-floro, qui in *Eupatorio*, uti in mea stirpe *imbricatus*, *polyphyllus*, ac *multiflorus*.

2.° Si stirps haec eadem est ac *Mikania Berteriana* Sprengelii, ceu indicata fuerunt semina missa, tollendam esse a *Mikaniis*, atque Cl. Auctoris phrasim emendandam, folia namque non reapse *ovato acuta*, nec *crenata*, sed *rhombea* et superne tantum *serrata*: illam igitur ita propono.

« *E.* glaberrimum, foliis oppositis petiolatis rhombeis angulo » superiore acuto, inferiore in petiolum attenuato superne ser- » ratis, paniculis axillaribus terminalibusve diffusis. » *Nob.*

X I.

Alternanthera tenella.

Nullam de hac stirpe descriptionem vel iconem habemus quod sciam. Primum enumeratam video a Cl. Fontainesio sub genere *Paronychiae* (*Tab. de l'écol.* 1816, p. 64) et positam inter *P. sessilem*, ac *ficoidem*, quae ad *Alternantherae* genus referuntur a *R.* et *S.* (syst. V. 554. 555), ad *Illecebrum* autem a Sprengelio (syst. I. 819, n. 15 et 16); sed praestantissimus hic vir de *P. tenella* nullam fecit mentionem neque inter stirpes hujusce generis, neque inter genera affinia: an alio nomine relata absque sy-

nonymo? Ad *Alternantheram* potius quam ad allata duo genera plantam nostram pertinere suadent characteres infra descripti. Caeterum differentiae inter tria haec genera vix sunt sensibus obviae, nec stabiles semper: facie quoque tam similia, ut in methodo naturali tutius sit ea non sejungere.

Descriptio.

Caulis suffruticosus, vix pedalis, procumbens (nec radicans ut in *Illecebro sessili*), bifariam anceps linea villosa, geniculatus, viridis, in internodiis purpureus, dichotomus, ramosissimus. *Rami* procumbentes, inferne dichotomi inde ramulosi, ramulis alternis suberectis. *Folia* opposita, patentia, ovato-lanceolata, integerrima, glabra, in plantis junioribus majora et in petiolum longe attenuata, in adultis minora subsessilia. *Capitula* 1-3, axillaria ac terminalia, sessilia, globosa, alba, vix pisi communis magnitudine, foliolosa. (Tab. IX. fig. 1.) *Foliola* lanceolata, inaequalia. *Perianthium* villosum argenteum. (fig. 2. 4.) *Squamulae* (petala) exteriores lanceolato-acuminatae, internae lineares, glabrae. (fig. 9.) *Stamina* 5 aequalia, fertilia, subinclusa. (fig. 4. 5.) *Antherae* oblongae, flavae. (fig. 6. 7. 8.) *Stylus* brevis. *Stigma* capitatum, villosiusculum (fig. 10. 11.) *Capsula* (indehiscens?) 1-sperma, 5-valvis, calyce connivente tecta, apice stylo terminata, funiculo umbilicali filiformi ab ejus fundo ad seminis verticem pertingente. (fig. 10. 11.) *Semen* unicum, subturbinatum, latere rostello nigricante insignitum, rufo-ferrugineum. (fig. 12.) *Albumen* farinosum, candidum, centrale. *Embryo* annularis. *Cotyledones* lineares, incumbentes. *Radicula* supera. (fig. 13.)

X.

Cassia Schultesii

Stirpem hanc meam enumeravi atque descripsi in *append. II.* ad *H. Ripulensem* (p. 343 , 344 , not. 5) , ubi iconem pollicitus sum , quum ipsam laete fructificantem habuissem : abunde floruit elapsa aestate , sed legumina ad maturitatem perfectam haud pervenerunt ; in hisce tamen sequentes characteres notavi abunde sufficientes ut praemissam iconem exhibere possem : « *Legumen* arcuatum , compresso-planum , pulpa destitutum , basi incrassato- » stipitatum , apice stylo persistente acuminatum , externe villosiusculum , intus glabrum , suturis prominulis septis obsoletis, multi » seu 25-30-locularis , loculis monospermis. *Semina* verticalia, ovato-compressa. » *Caeterum* memoratae descriptioni nil addendum puto. (Vid. tab. X.)

XI.

Cactus Spini.

Speciem istam jamdudum proposui tamquam a congeneribus distinctam (*Antol. bot.* VI. 501) , ac iterum enumeravi , emendata phrasi ex comparatione postmodum facta cum affinibus quas tunc non possidebam (H. Rip. p. 26 , not. 2.) Remanet ut iconem nondum editam in lucem prodeam. (Vid. tab. XI.)

XII.

Aster concinnus.

Inter plantas perennes ornatu sub dio colendas, distinctissimam sedem habere debet ob florum elegantiam pulcherrima haec stirps ab America boreali nuper in Europam introducta, ac primum a Willdenowio optime descripta (en: p. 884. n. 37.), excepto *caule* qui non prorsus *glaber* sed *villosiusculus*. Quum vero nullam iconem a Botanicis laudatam videam, nec editam sciam, eam in scientiae incrementum praebere duxi. (Vid. tab. XII.)

SECTIO ALTERA

HORTO RIPULENSI

APPENDIX TERTIA

A

	Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fructif:*
833	ABIES				
	Monoec: monad: conif:				
1	americana	*Mx:* arbr: III. 37. t. 4.	Amer: sept:	D.	Arb: vir: . Jun:-Jul:
	Pinus canadensis ?	*Spr:* syst: III. 886.			
2	ead: *var: alba*	*Hortul:*			
3	balsamea	*Mx:* ibid: I. t. 14.	Virgin: Canad:	D.	id: . . . . . . id:
	sub *Pino*	*W.* sp: IV. 504. *Spr:* l: c: 884.			
4	canadensis	*Marsh:* sec: *Steud:*	Amer: sept:	D.	id: . . . . . . id:
	sub *Pino*	*Lamb:* Pin: p: et t: 12. *W:* l: c: 505.			
5	taxifolia	*Lamb:* ibid: t: 33.	Amer: bor: litt:	D.	id: . . . nond: flor:
	sub *Pino*	*W:* l: c: 505. *Spr:* l: c: 885.			
3	ACACIA				
	Polyg: dec: Legum:				
34	brasilensis	*Spreng.* syst: III. 142. (1) =? -=	Brasil:	C.	frut: vir: nond: flor:

(1) In donum data hoc nomine a L. TAGLIABUE optimo sumtuosi Littaei horti cultore florentem adhuc non vidi: an eadem sit ac *A. brasiliensis* SPRENGELII (l. c.) inde asserere haud possum; quadrat tamen cum praecipuis characteribus ab Auctore descriptis in phrasi, si *petiolos* excipias qui in mea planta 2-glandulosi; sed quum glandulae vix sint oculis nudis conspicuae, forsan in specimine sicco non apparuerunt. Stirps sine flore sequentes characteres praesefert. *Caulis* in C. 2-3-ped., erectiusculus, teres, cortice fusco, aculeis solitariis horizontalibus basi dilatato-planis fuscis junioribus rubescentibus hinc inde sparsus, ramosissimus. *Rami* oppositi, teretes, subvirgati, flexuosi, vix ramulosi. *Folia* alterna, horizontalia, 2-pinnata. *Petioli communes* 2-3-pollicares, subtus aculeis minutissimis solitariis uncinatis sparsi, margine ciliati, superne nitidi glabri, canaliculati, inferiores 5-7, superiores 7-9-jugi. *Stipulae* binae ad petioli insertionem brevissimae, setaceae, deciduae. *Petioli partiales* lineares, nudi, glabri, superne basi glandulis 2. minutissimis instructi, inferiores breviores, 20-30-jugi. *Foliola* opposita, sessilia, lineari-subfalcata, valde approximata, subaequalia, basi obliqua, apice acuta, utrinque glabra, subtus pallidiora, margine villosiuscula, trinervia, villis nervisque lente tantum conspicuis. *Somnus* petioli communis dependens, partialium subnullus, foliolorum subimbricans.

Nom; et rec: synon;	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fructif:*	
3 Acacia					
35 nilotica ?	*Targioni* mis: (1) = ?	?	C.	frut:	nond: flor:
36 peregrina	*W.* sp: IV. 1073 = *Kunt: mimos: t:*30	R: Granat:	C.	frut:	nond: flor:
37 Senegal	*W.* sp: IV. 1077. = ? (2)	Arab: Afr: inter:	C.	frut:	nond: flor:
38 speciosa (3)	*W.* ib: 1067. = *Jacq: ic: rar:* I. *t.* 198	Ind: orient:	C.	frut:	nond: flor:
39 Spinii (4)	*Balb:* in *Spin:* cat: supp: 1823. p. 8. *icon:*	Guadalupa	C.	frut: vir:	Aug:-Sept.
10 Aconitum					
Polyand: trig: Ranunc:					
3 elatum (5)	*Salisb:* ? = ?	Hungar. alibiq.	D.	per: 2.	Jun:-Jul:
A: napellus var: o.	*DC.* prodr: I. 63. ex *Ser:*				
A: autumnale	*Reich: acon: t.* 17. *f:* 2.				
A: tauricum ?	*W.* sp: I. 1236.				
4 exaltatum.	*Ber:* non *W:* = *Ser: m: helv:* I. *t.* 15. *f.* 27.	Helvet:	D.	id:	id:
5 laciniatum	Ser: l. c. p. 159 = ?	ibid:	D.	id:	id:
A: Napellus	*DC.* Prodr. I. 63.				
6 neubergense	*DC:* syst: I. 373 = *Reich:* I. *t.* 16. *f.* 2.	Sibiria	D.	id:	id:
A: Napellus ζ	*DC.* Prodr: I. 62				
7 pyramidale (6)	*Mill:* sec: *Steud:* = ?	Helvetia	D.	id:	id:
A: Napellus ϖ	*DC.* l. c. 63.				
8 Sprengelii	*Reich:* ? = ?	?	D.	id:	id:
A: exaltatum	*W.* en: supp: 39. sec: *Steud:* non *Ber:*				
9 tauricum	*Reich:* non *W:* = *Reich:* 87. *t.* 12. *f.* 23	Germania	D.	id:	id:
A: Napelius α	*DC.* Pr: I. 62.				

(1) *Mimosa nilotica* L. sp. 1506. est *Acacia vera* (W. sp. IV. 1085.), quam jam enumeravi in *H. Ripul.* (p. 3. n. 35.) Stirps hic allata crevit e seminibus missis a Cl. Targioni-Tozzetti anno 1825, nec adhuc floruit; differre videtur ab *A. vera* foliolis numerosioribus, ramisque ac spinis *albidis* nec rubescentibus, uti quoad illam notat Candollaeus (Prodr. II. 461. n. 134.)

(2) Icones a *W.* citatae hanc stirpem non reddunt juxta DC. opinionem (Prodr. II. 459. n. 117.)

(3) Consule quae dixi in *H. Ripul.* circa *A. grandifloram* (p. 2. not. 2.), quae nunc confusa cum *anomala* a DC. (Prodr. II. 432. n. 109); Sprengelius tamen utrasque tamquam distinctissimas plantas describit (Spr. syst. III. p. 133, n. 68 *Inga anomala*; p. 141. n. 121. *Acacia grandiflora.*)

(4) Vid. descript. n. V, et tab. V.

(5) Hoc nomine habui a Buadisio cum sequentibus Aconiti speciebus. *A. grossum* Ser., quadrat cum specimine a Cl. Auctore donato: dubito tamen an sit *A. tauricum* W. ceu autumant DC. et Steud., nam pedunculi tam in specimine quam in planta vivente sunt *glabri* nec *pubescentes* uti in *A. taurico.*

(6) Inter species ac varietates hujusce generis a Candollaeo exactissime descriptas tam in systemate quam in Prodromo non inveni *A. pyramidale:* dubito tamen pertinere ad *A. vulgare* var. γ (syst. I. 372), idem ac *A. Napellus* var. ν (Prod. I. 63), cum quo planta mea maximam habet affinitatem.

A

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*		*Durat: et fructif*
10 Aconitum				
10 Toxicum	*Reich:* et *Spr:* syst: II. 622. = ?	Transylv: . . .	D.	id: . . . . . . id:
A: neomontanum	*Baumy* sec: *Spr:*			
834 Ærides				
Gyn: monand: Orch:				
1 arachnites.	*W.* sp: IV. 131 = *Kaempf:* t. 869. *f.* 1.	Japonia . . .	C.	per: 2. paras: Apr:-Mai:
20 Agave				
Hex: monog: Brom:				
4 juccaefolia	*Red:* sec: *Steud:* = ?	?	F.	per: 2. nond: flor:
31 Allium				
Hex: monog: Asphod:				
3 pendulinum	*Tenor:* sel: semin: 1824 = ? . .	?	F.-D.	per: 2. bulb: nond: flor:
A: album	*Savi* sec: *Spr:* syst: II. 38.			
A: lacteum ?	*Sib:* et *Son:* sec: *Spr:* l. c. (1)			
37 Amaryllis				
Hex: monog: Narc:				
16 purpurea	*Ait:* H. Kew: I. 417.	C. B. S. . . .	F.	per: 2. bulb: Jul:-Aug:
A: elata	*Jacq: Schoenb;* I. *t:* 62.			
A: speciosa	*Herit:* sert: 12.			
Crinum speciosum	*Lin: Thunb: Lam:*			
17 rutila	*Spreng:* syst: II. 51. = ? . .	Brasilia . . .	C.	id: . . nond: flor:
38 Ambrosinia				
Monoec: mon: Aroid:				
2 reticulata *(2)*	*Geaor:* et *Gusson:* cat. 1826. = ?	Neap: Sicil: . .	F.	per: 2. . nond: flor
41 Amomum				
Mon: monog: Cann:				
3 Zerumbet	*W:* sp: I. 6. = *Ehret: pict: t.* 14. *f.* 1.	Ind: orient: . .	C.	id: . . . . . . id:

(1) Cl: Sprengelius unam tantum admittit speciem de *A. pendulino* Tenor., *albo* Savi, et *lacteo* Sib. et Sm. dum *A. neapolitanum* Cyril. distinctam stirpem constituere putat. Steudelius dubitat an *A. album* Deslong. idem sit ac *A. album* Savi, et *A. neapolitanum* Cyril. admittit insuper *A. pendulinum* absque synonymo. *A. lacteum* haud nosco. *A. pendulinum* nondum floruit: sed specimina *A. albi*, ac *neapolitani* diversam indicant speciem foliis in priori *lato-lanceolatis planis*, umbellis *mulifloris*, n altero foliis *linearibus carinatis*, umbellisque paucifloris. *A. lacteum* ex descriptione et icone Florae Graecae (I. p. 224. t. 325.) differre videtur ab *A. albo* foliis *lanceolatis*, scapo *triquetro*.

(2) Missa hoc nomine a Cl. Tenore florentem adhuc non vidi: an eadem ac *A. maculata* (Ucr. in *Roem.* Arch. p. 70. n. 31.) Siciliae quoque incola, et simplex *A. Bassii* varietas sec. Targionium ac Sprengelium (Syst. III. 771) ?

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fructif:*
42 Amorpha			
Diad: dec: Legum:			
3 Ludwigii *(1)*.	*Gusson:* cat: 1825 5. =*?* . . .	*?* . . . . . . F.	suf: 2. . . nond flor:
836 Ammannia			
Tetr: monog: Salic:			
1 octandra	*W.* sp: I. 679. =*Rox: Corom: t.* 133.	Ind: orient: . . C.	an: bien: . Jul:-Sept:
837 Ampherephis *Kunth:*			
Syng: aeq: Vernoniae.			
1 intermedia (2)	*Spreng:* syst: III. 426 = *?* . .	*?* . . . . . . T.	suf: 2. . . Jul:-Sept:
838 Amsonia. *Mx.*			
Pent: monog: Apoc:			
1 latifolia	*W.* en. I. 276 ex *Mx:* = *Pluk: phyt: t:* 115. *f.* 3.	Carol: Virg: . D.	per: 2. . nond: flor:
839 Amyris			
Oct: monog. Tereb: (Juss:)			
Amyrideae (Kunt:)			
1 maritima	*W.* sp: II. 333 = *?* = . . .	Amer: calid: . . C.	suf: 1. vir: nond: flor:
840 Ancystrocarpus *Kunth:*			
Oct: tetrag: Atripl:			
1 maypurensis	*Kunth:* synops: I. 473 = *Pl: aeq:* II. *t.* 122	Orinoc: . . . C.	per: 2. . nond: flor:
Microtea debilis ? (3) . .	*Spreng:* syst: I. 930.		
52 Anthemis			
Syng: super: Corymb:			
2 retusa (4)	*Spreng:* syst: II. 593 ex *Link:* = *?*	*?* . . . . . . D.	per: 2. . Aug:-Sept:

(1) Enata e seminibus communicatis a Cl. Gussone nondum floruit: notat ipse (l. c.) plantam esse incertae originis: habitu non videtur differre ab *A. glabra* (Desf. et Poir. Dict. supp. I. 330), quam haud enumeratam video a Sprengelio (syst. III. 329.)

(2) Genus hoc ab eximio Kunthio conditum (Plant. aequin. p. 32 et synops. II. 368) loco *Centhratheri* (Cassin.) nonnullos praebet fruticulos *Vernoniis* affines, inter quos *A. intermedia* a Linkio enumerata, quam una cum *A. mutica* tamquam *A. cristatae* varietates Sprengelius admittit (l. c.) Confer phrasim Sprengelii cum sequente ex planta vivente desumpta.

« *A.* foliis ovato-oblongis basi in petiolum attenuatis, foliolis involucri glabris subtus ad nervos pilosiusculis. » *Nob.*

Patria incerta, fruticulus 1-2-pedalis; luxuriose floret primo anno at semina matura non profert: in T. repositus diu prospere succedit.

(3) Semina misit Balbisius nomine *A. maypurensis* Kunth. (*Delect. sem.* 1826): plantulae adhuc tenellae folia tantum radicalia ostendunt pinnata 3-juga cum impari, foliolis ovatis a medio ad apicem crenatis: an eadem herba ac illa at Kunthio enumerata nec descripta? Errare tamen videtur Sprengelius *Microteam debilem* (Swartz.) cum allata stirpe confundens: prior a Kunthio etiam relata (l. c.) planta pentandra digyna foliis integerrimis: haec stamina octo, stylosque 4-5 ac folia pinnata gerit.

(4) Enata quoque e seminibus communicatis ab eodem Balbisio allato nomine laete floruit ab Augusto ad Septembrem, fructusque perfecit; nec videtur omnino quadrare cum phrasi Sprengelii (l. c.), quae forsan manca; folia enim non 3-*pinnatifida*, sed reapse pinnata, pinnis pinnatifidis, laciniisque incisis; radius elongatus multiflorus, ligulae albae apice *retusae* ex quo forsan nomen triviale a Linkio impositum.

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:
57 ANTIRRHINUM				
Didyn: ang: Scroph:				
2 sempervirens	*W.* sp: III. 257. = *Lapeyr: Py:* I. *t.* 4.	Pyrenaei . . .	F.	suf: 2. vir: fl: tot: ann:
sub *Orontio*	*Pers:* II. 158.			
60 APOCYNUM				
Pent: monog: Apoc:				
2 venetum	*W.* sp: I. 1260 = *Lob: ic:* 372. *f.* 1. 2.	Ins: mar: Adriat:	D.	per: 2. . . . Jun:-Jul:
61 AQUILEGIA				
Polyand: polyg: Ranunc:				
3 hybrida	*DC.* syst: I. 339. = *Bot: mag:* 1221.	Sibiria	D.	id. . . . . . . id:
4 vulgaris var: *stellata* . . .	*Clus:* hist: 2. p. 205. *f.* 1, et *DC.* l. c. 334.			
77 ARISTOLOCHIA				
Gyn: hex: Aristol:				
3 anguicida	*W.* sp: III. 156 = *Moris: hist:* III. *s.* 12. *t.* 17. *f.* 7.	Mex: frutic:.	C.	suf: 1. sc: nond: flor
77 ASCLEPIAS				
Pent: dig: Apoc:				
11 linifolia	H. et B. pl: aequin: III. t. 90. = ?	prop: urb: Mexici	C.	suf: 1. vir: Aug:-Sept:
A: angustifolia	Scheveigg: } sec: *Spr:* syst: I. p. 847.			
A: virgata	Balb: } n. 4. (1)			
78 ASPHODELUS				
Hex: monog: Asph:				
3 albus	*W.* sp: II. 133. = *Blackw t:* 238.	Lusit: Hispan: .	D.	per: 2. . . Jun:-Jul:
4 creticus	*W.* ibid. = ?	Creta	D.	id. . . . . . . id.
79 ASTER				
Syng: sup: Corymb:				
10 concinnus (2)	*W.* en. 884. = *Ic: nostr:* . .	Amer: bor: . . .	D.	id. . . . Sept:-Oct:
11 multiflorus	*W.* sp: III. 2027 = *Dill: elth:* *t.* 36. *f.* 40.	ibid.	D.	id. . . . . . . id.
12 mutabilis	*W.* ibid. 2045. = *Pluk: alm: t.* 326. *f.* 1.	Amer: sept: . .	D.	id. . . . . . . id.

(1) Stirps haec admodum rara, quam in donum habui a Cl. TESORERO, male confusa a SPRENGELIO cum *A. angustifolia* (*Scheveigg.* en. H. Regiom. p. 13) et *A. virgata* (BALB.)
(2) Vid. sup. descript. n. et tab. XII.

B

Nom. et rec. synon.	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fructif:*
96 Banisteria			
Dec: trig: Malp:			
4 ciliata	*W.* sp: II. 738. *Cav: diss:* 9. *t.* 254.	Brasilia . . . C.	suf: r. sc: nond: flor:
98 Basella			
Pent: trig: Atripl:			
3 lucida *(1)*	*W.* sp: I. 1514 = ?	India . . . . C.	bien: . nond: flor:
111 Blitum			
Mon: dig: Atripl:			
2 petiolare (2)	*Gusson:* ind: sem: 1825 ex *Link:* = ?	? . . . . . . D.	an: . . . Jun:-Jul:
116 Bombax			
Monad: polyand: Bombac:			
2 pentandrum	*W.* sp: III. 731. = *Jacq: Am: t.* 176. *f.* 70	Ind: occid: . . C.	frut: . . nond: flor:
B. occidentale	*Spr:* syst: III. 124.		
B. mompoxense	*Kunt:* sec; *Spr:*		
Eriodendron anfractuosum α	*DC.* Prodr: I. 479.		

C

136 Cactus			
Icos: monog: Cact:			
38 maximus	*Salm:* et *Cav:* sub *Opuntia* = ?	? . . . . . . T.	vir: succ: nond: flor:
C. elatior (3)	*Spr:* syst: II. p. 497 n. 76 non *Haw:*		

(1) Observat Willdenowius (l. c.) *Basellam lucidam* affinem nimium esse *B. albae* et *rubrae*, sed constanter se se servare in hortis : eandem observationem lego penes *R.* et *S.* (syst. VI. 693) : hanc maximam affinitatem admitto inter ultimas; at *B. lucida* toto caelo differre videtur 1.° *caule* haud *scandente*, sed erecto rigidiusculo diffuso ; 2.° *foliis subsessilibus* non *petiolatis*, *oppositis*, nec *alternis*, apiceque *obtusis* nec *acutis* ; 3.° pedunculis confertis *ramosis* nec *simplicibus*. *Ocymi Basilici* tota planta fragrantem odorem spirat. Error provenit forsan ex nimis brevibus Linnaei phrasibus , quas ita emendandas propono.

« *B.* alba ; foliis alternis petiolatis ovatis undatis acutis , pedunculis simplicibus, caule scandente baccis albis ; (inodora.) ♃

« *B.* rubra ; foliis alternis petiolatis ovatis planis subacuminatis , pedunculis simplicibus , caule scandente, baccis rubris (ino-
» dora.) ⊙

« *B.* ramosa; foliis alternis in petiolum attenuatis ellipticis obtusis, pedunculis ramosis, caule erecto , baccis nigricantibus (ino-
» dora.) ◉

« *B.* lucida ; foliis oppositis subsessilibus ovatis obtusis , pedunculis confertis ramosis , caule erecto diffuso , baccis rubris
» (odorata). ♂

(2) Semina sub hoc nomine misit Gussone, qui in laudato indice citat Linkium ; hujus auctoris descriptionem non nosco ; nostra planta valde affinis videtur *B. virgato*, cujus forsan varietas , sed folia majora , profunde dentata , petioli longissimi , spicae terminales usque ad medietatem foliosae , axillares aphyllae , glomeruli crebriores , sed duplo minores quam in *virgato*.

(3) Habui sub nomine *C. maximi* a Cl. Bertolonio , qui monuit in litteris missum fuisse ad Cl. Salmium , atque ab eo determinatum sub *Opuntiis*. Accedit *C. coccinellifero* praesertim magnitudine ac forma articulorum , sed spinae persistentes lanuginem-

C

	Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio.*		*Durat: et fructif:*	
136	Cactus					
39	melocactus	*W.* en: supp: 31. = *DC. succ:* 112.	Ind: occid: . .	C.	vir: succ:	nond: flor:
40	Lamarkii (1).	*Nob.* = *ic: nostr:*	ibid:	C.	id. . .	Jun:-Aug:
	C. coronatus	*Lam:* non *W.*				
143	Calendula					
	Syng: neces: Corymb:					
4	suffruticosa	*W.* sp: III. 2341. = ?	Tunet: et Mont: Lus:	F.	suf: 2. .	Jun:-Jul:
145	Callicarpa					
	Tetr: monog: Vitic:					
2	tomentosa *(2)*	*W.* en: 158. non *Murr:* nec *Lam:* = ?	Ind: orient: . .	C.	suf: 1. .	nond: flor:
	C. cana ?	*L.* sec: *Spr:*				
841	Callotropis *R. Brown*					
	Pent: dig: Apoc:					
1	gigantea	*R.Br:* mem: Wern: I. 39. = *Bot: reg:* 58	Ind: orient: sabul:	C.	frut: vir: .	nond: flor:
	sub *Asclepiade*	*W.* sp: I. 1264.				
154	Canna					
	Mon: monog: Cann:					
7	angustifolia	*W.* sp: I. 3. = *Pis: bras:* 213. *cum ic:*	Brasilia . . .	T.	per: 2. .	Aug:-Sept:
8	barbadica (3)	*Martius mis:* = ?	ibid:	T.	id. . . .	nond: flor:
9	brasiliensis (4)	*H. Berol:* sec: *Steud:* = ? . .	ibid:	T.	id. . . .	nond: flor:
10	iridiflora	*Pers:* I. 1. = *Fl: peruv:* I. *t.* 1. *f.* 1.	Peruvia . . .	T.	id. . . .	Aug:-Sept:
11	pedunculata	*Rosc:* sec: *Spr:* = ?	?	T.	id:	id:
	C. chinensis ?	*W:* en: sec: *Spr:* (5)				
12	speciosa	*Rosc:* sec: *Spr:* syst: I. 8. = ?	Nepal:	T.	per: 2. .	Aug:-Sept:

que subnullam multoties superantes: magis affinis *C. pseudo-coccinellifero* ejusdem Bertolonii (cons. quae dixi in *H. Ripul. append.* II. p. 342. not. 3.), at spinae dimidio breviores, numquam hinae, saepius ternae, quandoque quaternae inaequales: proximus etiam *C. elatiori*, cum quo male confusus a Sprengelio (l. c.) forsan synonymi causa; sed differt lanugine *subnulla*, spinis *brevioribus albis*; flores nondum obtinui.

(1) Vid. supr. descript. n. et tab. VII.

(2) Nuperrime confusa a Sprengelio (syst. I. 419) cum *C. cana* L., quae est *C. tomentosa* Lam. non W. sec *R.* et *S.* (syst. III. 94.)

(3) Cl. Martius semina misit allato nomine; florentem adhuc non vidi, nullibique enumeratam inveni; folia fere ut in *C. variabili* W.

(4) Accepta cum priore nondum floruit, foliis autem non differt.

(5) *C. chinensem* W. enumeravi in *H. Ripul.* (p. 28. not. I.), eique tribui synonymam *C. patentem* ex tanti botanici sententia: semina eodem nomine accepi hoc anno a Bertolonio, et in plantis florentibus aliquod observavi discrimen inter istas ac priores; an auctoritate Sprengelii (syst I. 1.) distinctas species constituunt *C. patens* Rosc., et *C. chinensis* W.? An haec eadem ac *C. pedunculata* laudati Rosc. uti autumat Sprengelius? Revera plantae enatae hoc anno flores habebant *pedunculatos*, laciniasque labii superioris *integerrimas*; at de primo charactere Willdenowius haud loquitur.

C

Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fructif:*
155 CAPPARIS			
Polyand: polyg: Cappr			
4 saligna	*W:* sp. II. 1137. = ? . . .	Ins: S. Crucis . C.	suf: 2. vir: nond: flor:
164 CASSIA			
Dec: monog: Legum:			
18 glauca	*Lam:* dict: I. 647. = *Rheed:* 6. *t.* 9. 10	Pondichery . . C.	suf: 2. . nond: flor:
C. arborescens ?	*Walt:* sec: *Spreng:* } (1)		
C. colutcoides ?	*Collad:* sec: *Spreng:* }		
19 laevigata	*W.* en: 441. = *Hern: mex:* 376. *f.* 1. ?	N: Hispan: . . C.	id: . . nond: flor:
C. septentrionalis	*Zucc:* sec: *DC.* Prodr: II. 491.		
C. grandiflora	*Desf:* non *Poir:* sec: DC. l. c.		
20 longisiliqua	*W.* sp: I. 517 = ?	S. Domingo . . C.	id. . . nond: flor.
21 microphylla	*W.* ib. 529 = ?	Ins: S. Crucis !. C.	an: . . Aug:-Sept
22 nigricans	*W.* ib. 527 = ?	Arabia felici . . C.	suf: 2. . nond: flor:
23 polyphylla	*W.* ib. 527 = *Jacq: ic: rar:* 3. *t.* 460	Porto rico . . C.	suf: 2. vir: nond: flor:
24 purpurea (2)	*DC:* prodr: II. 497. = *Bot: reg:* 856	Ind: orient: . . C.	suf: 2. . nond: flor:
25 Sophora	*W.* sp. I. 526 = *Rumph: amb:* 5. *t.* 97. *f.* 1	Ind: ombros: Ægypt: C.	suf: 1. . nond: flor:
173 CELSIA			
Didyn: ang:. Scroph:			
4 betonicaefolia	*W.* sp: III. 281 = ?	Algeriae arvis . F.	bien: . nond: flor:
sub *Ditoxia*	*Schmult* sec: *Steud:*		
5 sinuata (3)	*H. Rip: app:* 2. p. 344. not. I. = ?	? . . . . . . F.	per: 2. . Jun:-Sept:

(1) Putat SPRENGELIUS *C. glaucam* LAM. unam stirpem efformare cum *C. arborescente* VAHL. et *C. colutoidea* COLLAD. nulla addita ratione. Video tamen a praestantissimo CANDOLLEO optimis notis esse distinctas, primam nempe sub eodem nomine LAM.; alteram sub *C. sulfurea*; tertiam sub *C. colutoidea*.

(2) Ommissa a SPRENGELIO in systemate; an sub alio nomine enumerata?

(3) Florentem habui hanc stirpem, de qua mentionem feceram in *H. Ripul* (l. c.) quum sola folia radicalia examini subjicere potueram. A congeneribus rite distinguendam esse suadet sequens descriptio:

Caulis erectus, 2-3-pedalis, teres, glaber, inferne simplex, superne quandoque ramosus. *Folia* glabra, reticulato-venosa; radicalia fasciculata, lyrato-sinuata sinubus inaequaliter lobatis dentatisve, basi saepe pinnatifida vel pinnata foliolis parvis subrotundis; caulina alterna, gradatim subsessilia minusque divisa, demum sessilia amplexicaulia ovato-lanceolata, acuta inaequaliter dentata. *Flores* in racemum longum villosiusculum dispositi, pedicellati, bracteis lanceolatis acutis villosiusculis pedicellis 2-3-brevioribus suffulti. *Calyx* persistens, 5-partitus, laciniis aequalibus, ovatis, apice subrevolutis, villis glandulosis vix conspicuis adspersis. *Corolla* lutea, rotata, basi vix maculata. *Filamenta*, *stylus* et *capsula* uti in caeteris, sed glanduloso-villosa. *Semina* numerosissima, cylindrica, epispermate seriatim punctato. Phrasis haec erit:

« *C.* foliis radicalibus petiolatis lyrato-sinuatis basi pinnatifidis glabris, superioribus sessilibus amplexicaulibus dentatis, bracteis » lanceolato-acutis pedicello 2-3-brevioribus, laciniis calycinis aequalibus ovatis apice subrevolutis pedicellisque glanduloso-vil- » losis. *Nob.*

C

	Nom: et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio*	*Durat: et fructif:*
173	CELSIA			
6	viscosa	*W.* en: 647 = ?	? . . . . . . T.	an: . . Aug:-Sept:
	C. coromandelina ? . . .	sec: *Steud:* (1)		
175	CENTAUREA			
	Syng: frust: Cynaroc:			
11	pulcherrima	*W:* sp: III. 2298 = ?	Oriente. . . . F.	per: 2. . nond: flor:
	C. concinna	*W. herb:* var: sec: *Spr:* syst: III. 400		
12	sonchifolia	*W.* ibid. 2307. = *Pluk: phyt:* 39. *f.* 1.	montib. prop: Medit: D.	an: . . Jul:-Aug:
13	Zanoni.	*Spr:* l. c. 405. ex *Sebast:* = ?	Creta . . . . D.	per: 2. . . . id.
	C. romana	*L.* sec: *Spr:* l. c.		
178	CERBERA			
	Pent: monog: Apoc:			
2	Manghas . , ...	*W.* sp: I. 1222. = *Burm: zeyl: t.* 70. *f.* 1	Indiis ad aquas D.	frut: vir: nond: flor:
842	COCCULUS			
	Hex: trig: Menisp:			
1	laurifolius	*DC.* syst: I. 520. = *Delessie: sel:* I. *t.* 97	Nepal: . . . C.	arb: vir: nond: flor:
	sub *Menispermo*	*Spr:* syst: II. 155. ex *Roxb:*		
217	CONVOLVULUS			
	Pent: monog: Convol:			
14	macrocarpus	*W.* sp: I. 864. = *Plum: spec: t.* 91. *f.* 1	Antillis . . . C.	an: per: ? nond: flor:
15	retusus (2)	*Bertero* ined: = ?	Guadalupa . . C.	suf: ? . nond: flor:
218	CONYZA			
	Syng: sup: Corymb:			
2	Tenorii (3)	*Spr:* pugil: I. p. 55. n. 95. = ?	Eur: austr: . . F.	suf: 2. vir: Aug:-Sept:

(1) Dubitat STEUDELIUS *C. coromandelinam C. villosae* synonymam; illam ad *C. Arcturum* refert SPRENGELIUS (syst. II. 809. n. 1.) tres distinctas species admittit WILLDENOWIUS, cujus opinionem amplectimur collatis ejus descriptionibus cum plantis siccis viventibusque, quas possidemus.

(2) Speciosissimae hujusce stirpis semina misit BERTERO e Guadalupa; florentem adhuc non vidi; plantulae pedales factae sequentes characteres ostendunt. *Folia* seminalia bipartita lobis divaricatis obtusis binerviis, longitudine ferè pollicari, petiolis supra canaliculatis dimidio brevioribus. *Caulis* erectus (an in adulta planta volubilis?), teres, crassiusculus, rubescens. *Folia* alterna, assurgentia, petiolata, late-ovata, margine integerrima, apice retusa, utrinque nitida, 7-9-nervia seu costa media subtus lata ac prominula nervis lateralibus 6-8-basi concurrentibus, reticulato-venosa, subcarnosa, 1/2 poll. longa 1 lata. *Petioli* teretes, superne canaliculati, incrassati, foliorum longitudine, apice subtus 2-glandulosi. *Semina* triangularia, magnitudine pisi communis, pilis creberrimis rufescentibus tecta.

(3) Enata e seminibus missis a Cl TENORE et cum *C. saxatili* comparata, mihi videtur differre, quidquid nunc sentiat SPRENGELIUS nulla allata ratione propter quam opinionem mutaverit. Folia non *linearia*, nec *subdentata* uti in *C. saxatili*, sed *lanceolata*, *integerrima*, subundulata. Planta major, caulis constanter erectus, tomentosus ut pagina foliorum inferior. Flores *geminos* constanter non obtinui ceu indicat nomen triviale, immo in speciminibus siccis ab eodem TENOREO humaniter communicatis, aliquos solitarios observavi; hinc melius nomine *C. Tenorii* in inventoris laudem, retinendam duxi.

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio.	Durat: et fructif:
218 Conyza			
C. geminiflora	Tenore.		
C. saxatilis ?	*Lin:* sec: *Spr:* syst: III. 510.		
C. intermedia	*Lag:* sec: *Spr:* l. c.		
C. rupestris	*L:* sec: *Bertolon:* in litt:		
219 Corchorus			
Polyand: monog: Till:			
4 hirsutus	*W:*sp:II.1217=*Plum:gen:*36.*t.*104	Amer: merid: . C.	suf. 2. . nond: flor:
C. tomentosus	*Thunb:* sec: *Spr:* syst: II. 584 (1)		
221 Coreopsis			
Syng: frustr: Corymb:			
3 auriculata	*W:*sp:III.2256=*Pluk:alm:t.*83*f.*5	Virg: Carol: montib: D.	per: 2. . Aug:-Oct:
4 verticillata	*W:*ib.2251.=*Ehret:pict:t.*9.*f.*1.	Virginia . . . D.	id. . . . . id.
233 Costus			
Mon: monog: Cann:			
2 arabicus	*W:* sp:I. 10. = *Blackw: t.* 394.	Caribacis. Surinam. C.	per: 2. . nond: flor:
C. glabratus	*Spr:* syst: I. 13. ex *Swartz:*		
843 Coulteria DC.			
Dec: monog: Legum:			
1 tinctoria	*DC.*Prodr:II.481.=*H:B:nov:gen:*VI.*t.*569	prop: Carthag: C.	frut: . . nond: flor:
Caesalpinia pectinata . . .	*Cav:* prael: DC. cat. H. monsp: 84.		
Poinciana Tara	*R: P:* ined: sec: *DC:* Pr: l. c.		
239 Crocus			
Triand: monog: Irid:			
3 Imperati	*Tenore* mss: = ?	Neapol: . . . F.D.	per: 2 bulb: nond: flor:
4 pusillus	*Tenore* select: sem: 1824. = ? .	ibid. . . . . F.D.	id. . . nond: flor:
241 Croton			
Monoec: monad: Euph:			
5 pictum	*Loddig: Bot: cat: t.* 870. . . .	? . . . . . . C.	suf: 2. vir: nond: flor:
245 Cupressus			
Monoec: polyand: Conif:			
4 horizontalis	*Targioni-Tozzetti* = ?	Italia, Creta . D.	Arb: vir: nond: flor:
C. sempervirens β . . .	*Mill:* et *W:* sp: IV. 511.		
5 thyoides	*W:*l.c.512.=*Pluk:mant:t.*335.*f.*1.	Canad: subhumid: D.	id. . . nond: flor:
Thuya sphaeroidalis . . .	*Rich:* sec: *Steud:*		

(1) Cl. Candollaeus binas tamen distinctasque stirpes admittit, quae diversam patriam colunt, et capsularum forma differunt.

C

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio	Durat: et fructif.
248 **Cyclamen**			
Pent: monog: Lysim:			
3 neapolitanum	*Tenor:* et *R: S:* syst: IV. 1.30.=*?* .	Ligur:Etrur:Calabr:D.	per: 2. . Sept:-Oct:
249 **Cymbidium**			
Gyn: mon: Orchid:			
3 verecundum	*W.* sp: IV. 105.=*Jacq:ic:* III. *t.* 602.	Amer: merid: . C.	id. . . nond: flor:

D

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio	Durat: et fructif.
257 **Dalea**			
Diad: dec: Legum:			
3 Thouini	*DC.* Prodr: II. 246.=*Schr:h:mon:t.* 9	? . . . . . . D.	an: . . Jun:-Aug:
261 **Delphinium**			
Polyand: trig: Ranunc:			
8 crassicaule (1)	*Hort: Gmel:* sec: *Steud:* = ? .	? , ... D.	per. 2. . Jul:-Aug:
9 flexuosum . . .	*DC.* Prodr: I. 56. ex *Breb:*=*Trev: Delph: t.* 1. 2. *f.* a. b. c. d.	Cauc: Iberia D.	id. . . . . id.
D. ciliatum	*Stev:* sec: *DC.* et *Spr:*		
10 laxiflorum	*DC.* l. c. 55. = *?*	Sibiria . . . . . D.	id. . . . . id.
D. dycriocarpum	*DC.* syst: 360 =*Spr:* syst: II. 619.		
11 speciosum	*DC.* syst: I. 361. ex *Breb:*=*Delessi:ic:sel:* I. *t.* 62.	Caucaso . . . D.	id. . . . . id.
12 villosum	*DC.* Prodr: I. 55. = *?*	*?* . . . . . . D.	id. . . . . id.
D. cuneatum	*Stev:* sec: *Spr:* syst: II. 619. non sec: *DC.* (2)		
844 **Desmodium** *DC.*			
- *Diad: dec: Legum:*			
1 paniculatum	*DC.* Pr: II. 329.=*Pluk: alm: t.* 432. *f.* 6.	Carolina . . F.D.	id. . . nond: flor:
sub *Hedysaro*	*L.* et *Pluk:* l. c.		
845 **Dicliptera** *Juss: R.* et *S:*			
Diand: monog: Acant:			
1 resupinata	*R.* et *S.* syst: I. 170.=*Cav:ic:* III. *t.* 203.	N. Hispania . . T.	per: 2. suf: 2. Jun:-Jul:
sub *Justicia*	*W.* en 25.		
Justicia sexangularis	*Cav.* l. c.		

---

(1) Habui cum sequentibus *Delphinii* speciebus a Burdinio; enumeratur a Steudelio: nullibi vidi descriptam. Pertinet ad sect. III. cum caeteris (*Delphinastrum* DC. syst. I. 351.) *Racemi* simplices longissimi. *Flores* magni aproximati. *Pedicelli* longi incrassati.

(2) Hic dissentiunt Candolaeus et Sprengelius; primus asserit *D. villosum* missum fuisse a Steud: in litteris allato nomine: ergo non idem ac *D. cuneatum*, de quo in dissertatione inedita ejusdem auctoris a Candolaeo quoque laudata.

Nom: et rec: synom	*Auct: et icon:*	*Statio.*	*Durat: et fructif:*
846 Dirca			
Oct: monog: Thym:			
1 palustris	*W.*sp:III.424.=*Duham:arb:*I.*t.*212	Virgin: paludib: F.D.	frut: 1. . nond: flor:
284 Duranta			
Did: ang: Vitic:			
3 microphylla	*Desf:* II: Paris: 54. = ?	Ind: occid: . . C.	suf: 1. vir: Jul:-Aug:
D. Ellisia	*Spreng:* syst: II. 764 (1).		

E

287 Echites			
Pent: monog: Apoc:			
2 corymbosa	*W.*sp:I.1240.=*Jacq:Amer:*34.*t.*30	S. Domingo . . C.	suf: sc: vir: nond: flore
sub *Parsonsia*	*R.* et *S.* syst: IV. 402.		
Periploca capsularis	*Forst:* sec: *Spr:* pugil: I. 26.		
Forsteronia corymbosa	*Meyer:* sec: *Steud:* et *Spr:*		
288 Echium			
Pent: monog: Bor:			
3 lineatum	*R.* et *S.* IV.717.*Jacq:ecl:p.*62*t.*42	Canariis . . . F.	suf: 1. vir: nond: flor:
E. virescens	*DC.* sec: *Spr.*		
E. bifrons	*DC.* sec: *R.* et *S.*		
E. nervosum	*Ait:* sec. *Steud:*		
E. thyrsoideum	*Poir:* sec: *Steud:* (2)		
4 macranthum	*R.* et *S.* l. c. 20. = *Desf:atl:* I. t. 46.	Barbaria . . . F.	an: . . Aug:-Oct:
E. grandiflorum	*Desf:* l. c. non *Andr:* nec *Spr:* (3)		

(1) *D. microphylla*, et *D. Ellisia*, quas viventes possideo, toto caelo, pace Sprengelii, differunt: *folia* namque sunt 2-3-plo-minora, subcuneata, basi tantum in petiolum breve attenuata, a medio ad apicem serrata; spicae axillares saepius abortivae: consule insuper observationes Cl. Poiretii (Dict. supp. II. 528) ex quibus constat accedere potius ad *D. buxifoliam*, quam ad *D. Ellisiam.*

(2) Errat Steudelius dum *E. lineato* (*Jacq.* l. c.) synonymum tribuit *E. thyrsoideum* (*Poir.* dict. VIII. 670.), multis enim notis differt, praesertim *caule* frutescente in *lineato*, dum herbaceus in *thyrsoideo*, cujus patria incerta.

(3) Enatum e seminibus a Cl. Bertolonio missis nomine *E. grandiflori* absque auctoris indicatione, plantisque laete florentibus cum aliis stirpibus idem nomen habentibus comparatis, vidi esse *E. grandiflorum* Fontainesii, quod sub nomine *E. macranthi* retinui ad confusionem vitandam inter *E. grandiflorum* (Lapeir:) quod biennе et ad Pyrenneos cujusque nomen triviale in *Megalanhos* jam fuit immutatum, atque inter *E. grandiflorum* (Andr., cujus nomen retentum a *R.* e. *S.* *E. formosum* Pers. I. 163. *E. tabiferum* Poir. Dict. III. 665.) quodque frutescens, ac C. B. S. incola.

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio.	Durat: et fructif:
847 ENCELIA			
Syng: frustr: Corymb:			
1 canescens	*Cav: ic: rar:* I. *p.* 45. *f.* 61. .	Peruvia . . .	F. suf: 2. . nond: flor:
Coreopsis limensis	*Jacq: ic: rar:* 3. *t.* 594.		
Pallasia halimifolia . . .	*W.* sp: III. 2260. *Ait: Spr:*		
848 EHRHARTA			
Hex: monog: Gram:			
1 panicea	*W.* sp: II. 257. = *Smith: ic: ined: t.* 9	C. B. S. . . .	F. per: suf: 2. Jun:-Aug:
300 ERANTHEMUM			
Diand: monog: Vitic:			
4 lucidum	*Bertoloni.* = *Bot: mag: t.* 1014.	Ind: occid: . .	C. suf: 1. vir: nond: flor:
sub *Justicia*	*Andr.* et *R.* et *S.* I. 152.		
3 bicolor	*Spr:* syst: I. 88 ex *Schrank.* = ?	Ins: Philip: . .	C. suf: 2. vir: . f: tot: an:
sub *Justicia*	*Sims:*		
302 ERICA			
Oct: monog: Eric:			
41 ramulosa	*Viv: fl: italic: fragm:* 4. *t.* 7. .	Corsica, Neapol:	F. suf: 2. vir: Mai:-Jul:
E. stricta	*Andr: Hears: cum ic:*		
E. corsica	*DC.* fl: fr: V. 430.		
E. multicaulis	*Salisb:* sec: *Spr:* syst: II. 186.		
309 ERYTHRINA			
Diad: dec: Legum:			
5 velutina (1)	*W.* sp: III. 914 = ?	Terra firma . .	C. suf: arb: ? nond: flor:
314 EUPATORIUM			
Syng: aeq: Corymb:			
2 Berterianum	*Nobis* ic: nostra	Antillis ? . . .	F. an: . . Aug:-Sept:
an sub *Mikania*	*Spr:* syst: III. 423 ? (2)		
3 verticillatum	*W.* sp: III. 1760. non *Lam:* = ?	Amer: septent: .	D. per: 2. . . . id.
315 EUPHORBIA			
Dodec: trig: Euph:			
16 fruticosa (3)	*Bivona* sec: *Guss:* cat: Boccadifalco 1821.	Sicilia . . .	F. suf: 2. . nond: flor:

(1) Consule *H.* et *B* pl aequin: VI. p. 435. et KUNTH synops: IV. p. 98.

(2) Vid: supra descript: et tab· VIII.

(3) Semina missa sub hoc nomine a GUSSONE praebuere suffrutices huc usque semipedales tantum nec florentes: nescio an a Cl. BIVONA, quem citat GUSSONE (l. c.) stirps haec descripta fuerit; interea notas sequentes in individuis observavi.
Caulis erectus, teres, glaberrimus, rubescens, a medio ad basim versus cicatricibus ob foliorum casum notatus, ima basi incrassatus ac tuberculum efformans: *folia* sparsa, subsessilia, lineari-lanceolata, integerrima, mucronulata, fere pollicaria, glaucescentia.

F

Nom. et rec: synon:	*Auct: et icon:*	*Statio.*		*Durat: et fructif:*
849 Farobaea *Schrank.* (1)				
Syng: aeq: Corymb:				
1 nemorensis	*Schrank:* mis: = ?	?	F.	per: 2. . Jun:-Jul:
2 tropica	id. . . . = ?	?	F.	id. . . . . id.
850 Fedia				
Triand: monog: Valer:				
1 paniculata (2)	*Balbis* del: sem: 1826. = ? . .	?	D.	an: . . Jun:-Aug:
3[illegible]1 Ferula				
Pent: dig: Umbel:				
2 ammonifera ? (3) . . .	H. Littae. = ?	?	F.	per: 2. . nond: flor:
851 Franseria *W.*				
Monoec. pent: Urtic:? (Poir:)				
1 artemisioides	*W.*sp:IV.378.=*W.H.Berol:*I.*p.*2.*t.*2	Peruvia . . .	T.	suf: 2. . . . . id.
Ambrosia arborescens . .	Lam:			

G

337 Geranium				
Monad: dec: Ger:				
3 caeruleum	*DC.* Prodr: I. 642. = ? . . .	Dahuriae campis	D.	per: 2. . Jun:-Aug:
341 Gladiolus				
Triand: monog: Irid:				
11 gramineus	*R.* et *S.* syst. I. 425. ex *Hornem:* non *L:* nec *Thunb:*	C.B.S.	F.	per: 2. bulb: nond: flor:

---

(1) Genus mihi haud notum, cujus binas stirpes possideo e seminibus a Cl. Schrankio communicatis; pertinet ad *Corymbiferas* et parum differt a *Cacaliis*. Flores lutei in paniculam foliolosam laxam dispositi. Phrases sequentes Botanicis propono.

« *F. nemorensis* foliis lato-lanceolatis denticulatis, inferioribus basi in petiolum attenuatis, superioribus subamplexicaulibus » acutissimis, bracteis pedicellos subaequantibus. » *Nob.*

« *F. tropica* foliis ellipticis petiolatis inaequaliter dentatis sinuatisve apice sinubusque obtusiusculis, bracteis pedicellis mul- » toties brevioribus. » *Nob.*

(2) Enata e seminibus communicatis a Balbisio allato nomine, quod penes alios auctores non inveni, dubitavi ad *Valerianam paniculatam* (R. et P. fl. peruv. p. 41. t. 70. f. *a.*) pertinere; at plantae adultiores et florentes demonstrarunt ad *Fediae* genus spectare, phrasis indicabit differentias specificas.

« *F.* foliis inferioribus spathulatis subintegris, mediis lanceolatis obsolete-dentatis, summis lineari-lanceolatis, integerrimis; « caule erecto glabro; floribus paniculatis; paniculis dichotomis. » *Nob.*

(3) Missa sub hoc nomine ab *H. Littae* nullibi invenio enumeratam; florentem adhuc non habui; herba videtur affinis *F. ferulagini*, et *F. rablensi W.* (*Selinum* R. et S.); flores indicabunt an distinctam stirpem constituat.

G

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio.		Durat: et fructif.
348 Glycine				
Diad: dec: Legum:				
8 dubia (1)	*Bertero* ined: = ?	Guadalupa.	C.	suf: 2. sc: nond: flor:
9 jamaicensis (2)	*Gussone* ind: sem: II. Boccadif: 1825. = ?	Jamaica?	C.	id. . . . id.
10 lancifolia	*DC:* Pr: II. 242. ex *Lag:* = ?	Canariis	F.	id. . . . id.
11 tenuiflora	*W.* sp: III. 1059. = ?	coll: prop: Pondich:	C.	id. . . . id.
sub *Teramno*	*Spr:* syst: III. 285.			
349 Gnaphalium				
8 candidissimum	*W:* sp: III. 1868. = ?	prop: mare Casp:	F.	suf: 2. per: 2. Jul:-Sept:
852 Goodyera = *R: Br:*				
Gyn: mon: Orchid:				
1 procera	*Wallic:* in *Don:* Fl: Nepal: 28. = ?	Nepal:	C.	per: 2. nond: flor:
sub *Neottia*	*Ker:* sec: *Spr:* syst: III. 703. n. 6.			
Stelis odoratissima	*Smith:* sec: *Spr:* l. c.			
853 Gymnocladus				
Dioec: dec: Legum:				
1 canadensis	*W:* sp: IV. 816. = *Mx: amer:* II. *t.* 51.	Canada	F. D.	arb: . . nond: flor:

H

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio.		Durat: et fructif.
363 Hakea				
Tetr: monog: Prot:				
6 lanigera (3)	*R. et S.* syst: III. 425. = *Ten: Flor: Nap: t.* 6.	N. Holl:	F.	suf: 1. vir: nond: flor:

---

(1) Enata e seminibus lectis in Guadalupa a Bertero affinis videtur *G. emarginatae* (DC. Prodr. II. 242. n. 12.) quae crescit in Antillis; an eadem species? Flores desidero, ut certum judicium proferre queam, interea herbae descriptionem trado.

Caulis volubilis, lignosus, teres, villosiusculus villis vix conspicuis evidentioribus in ramis, basi rufus, superne viridis. *Folia* alterna, distantia, ternata. *Petiolus communis* linearis, sub-pollicaris. *Foliola* ovato-oblonga, lateralia latiora vix petiolata, medium cum petiolo productius, glaberrima, superne nitida inferne pallidiora, integerrima, apice emarginata ibique mucronulo molli rubescente instructa, uninervia, reticulato-venosa. *Legumina* linearia, 2-pollicaria, rufa, punctata, pilosa, vix mucronata. *Semina* nigra, suborbiculata, planiuscula, hilo albido.

(2) Sub hoc nomine semina misit Cl. Gussone qui in supra laudato indice stirpis auctorem memorat Willdenowium: inter scripta eximii hujus Botanici frustra illam quaesivi, neque ab aliis vidi descriptam: florentem non vidi, sed in plantulis sequentes notavi characteres.

Caulis suffruticosus, volubilis, teres, glaber. *Folia* approximata, ternata. *Foliola* lanceolata, glabra, mollia, margine subundulata, apice mucronulata. *Stipulae* binae interfoliaceae, erectae, lanceolato-acutae, striatae, 2-lin. longae, persistentes: insuper stipulae 2 ad basin foliolorum lineari-arcuatae, priorum duplo-breviores.

(3) Species dubia inter *H. pubescentem*, et *sericeam*: an omnes *H. acicularis* varietates cum qua affinitas maxima? Cl. Sprengelius hanc tantum enumerat: primas non memorat.

H

Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio	Durat: et fructif:
369 HELENIUM			
Syng: sup: Corymb:			
2 autumnale	*W.* sp: III. 2120 = *Pluk: alm: t. 372. f. 4*	Amer: sept:	D. per: 2. Aug:-Oct:
Helenia decurrens	*Moenc:* sec: *Steud:*		
370 HELIANTHEMUM			
Polyand: monog: Cist:			
2 Barrelieri	*DC.* Pr. I. 276. ex *Tenor:* = *Barr: rar: ic:* 416.	Hisp: It: mer:	F. suf: 2. Mai-Jun:
3 vineale	*Pers:* II. 77 = ?	ibid: et Germ:	F. id: id:
sub *Cisto*	*W.* sp: II. 1195.		
854 HELICONIA			
Pent: monog: Mus:			
1 humilis (1)	*W.* sp: I. 1187 = *Jacq: Scoenb:* I. t. 48. 49	Caracas; Gujana	C. per: 2. nond: flor:
H: Bihai?	*Swarts* sec: *Spr:* syst: I. 833.		
2 superba ? (2)	*Burdin* mis: = ?	?	C. id: id:
374 HELIOTROPIUM			
Pent: monog: Borr:			
4 fruticosum ? (3)	*Pers:* I. 156 ex *Lam:* non *L.* nec *Forsk:* = ?	Caribaeis	C. suf: 2. Jun:-Sept:
375 HELLEBORUS			
Polyand: polyg: Ranunc:			
4 Bocconi	*Tenore* = *Bocc: mus:* II. *t.* 11. *f. RR.*	Appennin: Etrur:	D. per: 2. nond: flor:
H. purpurascens β	*DC.* prodr: I. 47.		
380 HERMANNIA			
Monad: pent: Byttneriac:			
3 alnifolia	*W.* sp: III. 593. = *Bot: mag:* 299.	C. B. S.	F. suf: 2. Jun:-Jul:
381 HIBISCUS			
Monad: polyand: Malv.			
20 aquaticus	*DC.* Fl: fr: supp: 627 et Pr: I. 450 = ?	Etrur: palud:	D. per: 2. Jul:-Aug:
H. palustris	*Savi* cent: I. p. 126. sec: *DC.*		

(1) Planta quam possideo ab *H. Littae*, folia gerit hinc inde undulatim rubro-tincta, quod constans esse in omnibus individuis monuit D. TAGLIABUE. Ab *H. Bihai* diversa sec: *W.* l. c.

(2) Habui a M. BURDINIO qui monuit in litteris sub laudato nomine cultam esse in H. anglicis. *Folia* longissime petiolata, basi apiceque acutissima, lanceolata, nitida, mollissima: nullibi descriptam inveni, floresque desidero.

(3) Enatum e seminibus missis a Cl. TENOREO non omnino quadrat cum descriptione LAMARCKII (Dict. III. p. 92. n. 6.) et icone SLOANII a PERSOONIO indicata. *Folia* non lineari-*lanceolata*, sed *ovata*, nec *margine revoluta*, sed potius *undulata*, ac *bullata*. An ergo species diversa? An potius *H. humile* ejusdem LAM. quod in illustrationibus cum priore confundit? (n. 1717). Melius nostram plantam reddit posterior Lamarkiana descriptio; quid tunc *H. fruticosum*? Quare a *R.* et *S.* (syst. IV. p. 27. n. 42.) servatum? Vide tamen observationes Cll. auctorum circa *H. humile* (ibid. p. 38. n. 45 et in addit. p. 734.)

H

	Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:	
381	Hibiscus					
21	hispidulus	*Spr:* Pugil: 2. p. 73. n. 139. = ?	?	T.	suf: 2.	nond: flor:
	Pavonia hispida	*Spr:* syst: III. p. 99. n. 22.				
	H. hispidus	*DC.* Prodr: I. 447. n. 11.				
22	surattensis ? (1)	*W.*sp:III.824.= *Cav: diss:*III.*t.*33.*f.* 1.	Ind: orient: .	C.	an:	nond: flor:
23	tiliaceus	*W.* ib. 810. = *Cav: ibid. t.* 35.*f.* 1.	ibid. ad rivos .	C.	suf: 2.	nond: flor:
390	Houstonia					
	Tetr: monog: Rub:					
2	glabra ? (2)	*Spin:* cat. = ?	?	F.	suf: 2. per: 2.	nond: flor:

J

	Nom: et rec: synon:	Auct: et icon:	Statio		Durat: et fructif:	
399	Jasminum					
	Diand: mon: Jasm:					
13	hirsutum	*W.* sp: I. 36. = *Ex bot: t.* 118.	Ind: orient: China	C.	suf: 1.	nond: flor:
	J. multiflorum	*Andr:* Bot: rep: t. 496. non *Roth:*				
	J. pubescens	*W.* ib. 37. sec: *R.* et *S.* ac *Spr:* (3)				
405	Indigofera					
	Diad: dec: Legum:					
4	lateritia	*W.*sp:III.1233.=*Jacq:ic:*III.*t.*569.	Guinaea . . .	C.	an: suf: 2.	Jul:-Sept:
	I. hirsuta	*Jacq:* l. c. non *Lin:*				
	I. rufescens	*Poir:*Dict:supp:III.148.sec:*Spr:* (4)				

(1) Plantulae enatae e seminibus missis hoc nomine a Cl. Martio stirpis Linnaeanae characteres haud ostendunt: sunt enim *aculei* recurvi, quibus caulis petiolique adspersi esse dicuntur: forsan in plantis tantum adultioribus factis evidentes evadunt? De hoc alias.

(2) Planta quam in donum habui hoc nomine ab amicissimo D. Spinio nondum floruit; cum stirpibus a Cl. Sprengelio definitis (syst: I. 427) comparata, distincta omnimodo videtur. Hic monendum *H. coccineam* a me enumeratam in *H. Ripul.* (p. 69) cui synonyma *Bouvardia triphylla* (Saliss:) ad *B. Jacquinii* nunc pertinere ex Kunth: (*synops:* III. 41. n. 4), et Sprengelio (syst: I. 414. n. 3); sed a *Bouvardiis* planta nostra etiam differre videtur: ad quod genus reapse pertineat (an ad *Ixoram*?) asserere nunc nequeo: descriptionem et iconem dabo quum flores obtineam.

(3) Juxta sententiam Cll. *R.* et *S.* (*syst.* I. 79. *n.* 8) et Sprengelii (*syst.* I. 30. *n.* 5). *Jasminum hirsutum* ac *pubescens* pro eadem stirpe habendum, cui synonymum *J. multiflorum* (Andr: l. c.). Circa *J. multiflorum* Roth. (*nov. plant. spec. M. S. S.*) a me anumeratum (*H. Ripul.* p. 71. *n.* 6), nomen immutatum fuit a Cl. Roxburghio, ac *J. arborescens* nuncupatum, quod admisit Sprengelius (l. c. p. 31. n. 17).
